

Cir som-
no & mor-
te culta.

Alia ima-
go.

Pandora di-
ta & Dea
Syria.

Umbra
Achillis

Græcis ap-
paret.

Et Apollo-
nio Tyaneo.

Polixena
Priami fi-
lia.

Quomodo
Trojanis?

Ludi Cir-
censes.

Quis Oeno-
morus?

Offa Achil-
lis in au-
rea pyxide.

Redimtur
eodem pre-
tio, quo ca-
daver He-
ctoris.

Imagines
variae apud
varias na-
tiones.

munem cum Somno & Morte. Pausan. cap. 99. dicens: Cujus simulacrum ex oraculo dicatur. Etiam fingebatur cum compedibus, tribus aureis, speciosis malis in sinistra, dex- tra verò Amoris imagine, facie velo operata. Inter Romanos erat hieroglyphicum Creusæ uxoris Æneæ? quæ à facie haud velum removit, estò arderet Troja. Junius, Emblem. 2. qui addit ad pedes testudinem, ut Pausanias, cap. 203. quem sequitur Char- tarius, d. pag. 346. uti diximus die 11. n. 15. Hinc virtus, immò virtutes Urania coleban- tur ab Ethnicis; quippe charitativibus ple- na, ut Dea Syria vel antiqua Pandora; de qua in Theogon. Heliod. Origenes, lib. 4. Contr. Celsum. Palæfatus 1. Fabular. n. 35. Hy- gin. 1. Fabul. 142. & lib. 2. n. 16. Natal. Co- mes, 2. Mytholog. cap. 6. & 4. cap. 6. Gyrald. Syntagm. 13. num. 51. Pausan. cap. 22. alijque palæophili. Apulejus, 4. Metamorph. prope fin. de Pÿche loquens, subdit: Tam præci- pua, tam præclara pulchritudo nec exprimi, aut sufficienter laudari sermonis humani penuria pote- rat. Multi civium & advena copiosi, quos exi- mij spectaculi rumor studiosè celeritate congrega- bat, inaccessæ formositate admiratione stupidi, & admoventes oribus suis dexteram, primore digi- to in erectum pollicem residente; ut ipsam prorsus Deam Venerem religiosè adorationibus venera- bantur. Adhuc Beroald. & quæ nos dixi- mus, Tom. 5. T. 3. à n. 33. Sherlog. 1. de Hebraic. Antiq. Dissertat. 4. sect. 18. n. 138. ingeniosè interpretatur: At quæ hæc Venus, quam sive nescientes, seu ex mysterij altioris conscientia Eth- nici adorabant? Non meretricem illam & scortor- um patronam; sed aliam, quæ Urania & Cæ- lestis dicebatur; de qua affluenter Petr. Faber, Semestrium, lib. 3. cap. 2.

32. Haud nobis creperum, altioris con- filij ductu ab Ethnicis plura figurata; quo possimus dicere: Vos adoratis quod nescitis. Ra- tione difficultatis congruebat, arcanorum veritatem præfigurari; ne ethnici subito cæcutirent copiâ lucis. Aliqua signanda de Urania, Cælesti Venere; ut clareat, unde hæc. Prorsum de nostris sacramentis. Inter Indos fingebatur imago virginis pue- rum lactantis, cujus simulacrum confe- ctum ex farina granorum universorum se- minum; eò quòd in Cælesti Urania in- venirentur cunctorum gratiæ, & sparsæ perfectiones in orbe. Acofta, 5. Histor. In- dor. moral. à cap. 23. Eadem apud Joann. Bonifac. lib. 2. cap. 1. ubi: In India citra & ultra Gangem, ante prædicatum eis Evange- lium, depinxerunt mulierem, infantulum comple- xum tenentem: ad eamque tanquam ad patronam

in afflictis & desperatis rebus confugiebant. Sic etiam Nieremberg, de Indis, aliisque pa- ganis astruit, 5. Histor. natural. cap. 2. & 8. cap. 17. De Ægyptijs dixi, Tom. 6. T. 1. à n. 60. & proprio in tempore regeram, 25. Decembr. num. 13. Denique Abrah. Ortel. in Theatr. Geograph. Tabul. Rufsia: Moscovia: & Tartaria:, fol. 104. ait: Fa- minam cum infante representat simulacrum, quo dicitur Zlatababa, id est, aurea vetula. Ido- lum hoc sacerdos consulu, quid faciendum, vel quò migrandum; ipsumque (mirum dictu) cer- ta consulentibus dat responsa, certique eventus consequuntur.

33. Hac etiam die in Kal. Græc. signa- tur Achillis obitus in templo Apollinis Thymbraei, sagittis Paris, & insidijs Polyxena:, cujus pulchritudinem deperibat: quòd quidem contigit juxta sententiam Halicarnassei ante Trojam captam, die sep- tuagesimo: juxta Petavij placitum, sep- tuagesimo octavo, ut videbimus, 4. & 12. Jun. sed juxta Ovid. die tricesimo, uti dicitur, 24. April. Variè ab AA. re- fertur historia. Ovid. 13. Metamorph. fa- bul. 2. & Senec. in Troad. asserunt, vi- ctimam fuisse ad placandos Manes Achil- lis; è cujus sepulchro vox exivit prædæ destructæ Ilij expostulans partem. Itaque Danaï Polyxenam Priami filiam, quæ virgo fuit formosissima, propter quam Achilles cum eam peteret, & ad colloquendum venisset, ab Ale- xandro & Deiphobo est occisus; ad sepulchrum ejus immolarunt. Hygin. fabul. 110. Natal. Comes, 9. Mytholog. cap. 12. insit: Hic Polyxena amore captus, significavit Priamo per nuncios se pro Troja pugnatum, si sibi puel- la concederetur. Priamus pollicitus est: qui cum illa de causa in templum Thymbraei Apollinis convenissent; Paris clam ex insidijs illum sa- gitta transfixit. Mythologicè exponit Palæ- fatus d. & Fulgentius, lib. 3. n. 7. Amo- re Polyxena periit, & pro libidine per talium occiditur. Polyxene enim Græcè Multorum pere- grina dicitur; seu quòd amor peregrinari faciat mentes ab ingenio suo.

34. Ossa Achillis post iusta inclusa fuere in aureo vase, quòd iussu Thetidis affabrè fecerat Vulcanus, & ut alijs placet, ei elargitus dono Bacchus. Lycophron. in Cassandr. At Trojani noluerunt Græcis Achillis cadaver restituere, ni reciperent illa ipsa munera, quæ pro redimendo Hectore ei data fuerant: tantum scilicet auri pon- dus, quantum esset Hectoris mortui pon- dus cadaveris. Idem ibid. cecinit:

Bursus redemptio pro altero cadavere.

Achillis obi-
tus.

Polixena
Priami fi-
lia.

Offa Achil-
lis in au-
rea pyxide.

Redimtur
eodem pre-
tio, quo ca-
daver He-
ctoris.

Par

Lycophr.

Polixena
ad ejus se-
pulchrum
pro amore
sibi mor-
tem conf-
cisit.

Umbra
Achillis
Græcis ap-
paret.

Et Apollo-
nio Tyaneo.

Quomodo
Trojanis?

Ludi Cir-
censes.

Quis Oeno-
morus?

Tom. I. Ephem.

Par pondus auri splendidi Pactolij
Ferent.

Et si Homerus casum Polyxena: prætermi- tat, ferè omnes credunt; ut observat Pau- sanias, cap. 20. & 342. Aliter historiam re- fert Philostratus in Achille. Polyxenem scilicet (quam Priamus secum adduxerat, cum proficisceretur ad Achillem pro redemptione corporis Hectoris) adamatam nimis à Duce Græco, & tunc factam nuptiarum spon- sionem. At cum Achilles fide publicâ inermis descendisset in templum Apollinis Thym- braei, quem testem Paris fecerat fœderis, & ab eo fuisset occisus; Polyxena ad Agame- mnonem confugit, fugiens è templo, ac post triduum ad Achillis sepulchrum gladio se confodit, ut cum illo unâ sepeliretur; tunc- que umbra Achillis à Thetide vocata, per exercitum transivit. Idem iterat, 4. de Vir. Apollonij, cap. 5.

35. Ibi ergo ut magicis artibus florentem, demonstrat Apollonium; ab eodem narratur Achillem succitatum, inter eos- que singulare colloquium mirè contex- tum. Ojende mihi imaginem tuam (dixit Apol- lonius ad sepulchrum accedens) Hæc cum dixisset, parumper tumulus intremuit, & juvenis quidam apparuit, chlamyde Thesalicâ in- ductus. Pulchritudinem verò ejus nondum pro rei magnitudine satis dignum laudatorem sortitam esse, judico. Cum itaque quantum primò appa- ruisset; repente in duplam excrevere magnitudi- nem, visus est: & cum multa dixisset, me- diocri fulgore emisso, discessit, Sepultus ergo ad littus, juxta Patrocli tumulum, in ejusque monumento condita dona aurea, pretiosa, rebus tam ex Græcia adductis, quam ex præda collectis. Denique cum discedere decrevisset, sepulchrum universi amplexi sunt. Ibidem Philostratus, qui d. cap. 3. dicit Achillem clypeo & galea mina- cem apparere Trojanis. Alia, quæ ficta post ejus mortem, vel à diabolo cogitata & hominibus suggesta; diximus, 24. Januar. à n. 13.

36. Hac etiam die, ut legitur in Chro- nico Alexandrin. pag. 261. ab Oenomaio in- stituti ludi certamine equestri; unde ludi Circenses à Romulo primò celebrati, de quibus 1. Januar. n. 3-19. n. 11. & 14. Mart. n. 18. Quis, dictum ab Hygino, fabul. 250. & 253. fusiisque fabul. 84. ubi de eo inquit, habuisse filiam speciosissimam Hippoda- miam nomine, sed ab illo incepto corru- ptam; quam ut nupti daret, constituit, ut quisquis illam ambiret, certare cum illo quadrigis deberet, poenâ capitis pactâ, si

vinceretur; eò quòd accepisset oraculo, a genero mortem cavere. Nonnunquam victor è certamine exivit, quippe equos aquilone velociore habuit; quousque à Pelopidis calliditate deceptus. Adi, 22. Februar. à n. 14. Natal. Comit. 7. Mytholog. 17. & Pausan. cap. 148. & 157.

37. Apud Indos hac die ablutio capil- lorum Regis cum regio comitatu, pompa- que ad flumen. Salas in Parerg. Meminit Alexander Neapolit. 3. cap. 18. etiam dies celebris Romæ, felix faustusque sicut apud Indos quum Rex capillos abluat. Quare Romæ instituta festivitas, & servis tunc data li- bertas; dicemus, 13. August. Strabo lib. 15. n. 80. inquit: Cum Rex capillos abluat, magnam festivitatem celebrari, & maxima dona mitti. Q. Curt. 8. Histor. Alexandr. cap. 9. descri- bens Indorum regiam, ait: Regia adeuntibus parat, cum Rex capillum pectus & ornat. Freinsh. hic insit: Qui locus magnopere firmat opinionem Casauboni; qui in simili Persurum mo- re, forè ab Indis vicinis accepto, apud Athe- nensium, 4. n. 10. Ex Herodoto 9. legendum, di- cit: Quæ cæna Ticta vocata, quotannis eo die, quo Rex Xerxes creatus est, instituebatur: tunc solum Re- gis caput cum cura abluatur, Persæque strenis do- nar. Quæ sit Cæna Ticta; diximus 4. Jan- nuar. n. 15. Aliter refert Philostrat. 2. de Vita Apollon. cap. 9. dicens: Rex ad flu- men accedit, cum augeri dies inci- piunt, & illic equos nigros & tauros flu- mini tanquam Deo sacrificat. Nigrum Indi albo præferunt. Tunc peracto sacri- ficio modium aureum in flumen demer- git.

38. Illo in die cunctis gemma ostende- batur Pantarba, & aurum de fonte Indico, & tempore Xerxis donabantur gladij ex ferro hujusce fontis. Singillatim de cunctis agendum. De Pantarba, seu Pantaura, di- cit ex Ctesia in Indicis, Photius in Histor. ejus interpres: De Pantarba gemma, & quomo- do septuaginta septem gemmas & lapides pretiosos, in flumine projectos (quæ omnia erant cujusdam Ba- driani institoris) Pantarba retraxerit, inter se coherentes, agit. Hanc gemmam (quæ in sinu Jovis, & post in ejus corona) Indos inclusisse ad singularem ornatum; diximus, Tom. 6. T. 10. D. 6. n. 4. Philostratus, 3. de Vir. Apollonij, cap. 14. ei refert, dixisse Phi- losophum Jarcham (seu potius fingit, qua- propter in Historia Ludicra apponit lib. 2. cap. 35. Balthaf. Bonifac.) De lapillo au- tem, qui ceteros lapides ad se trahit; causa non est, quin credamus. Poteris enim ipsum videre la- pidem; & quæ in eo sunt, cuncta mirari. Primò an-

Ablutio ca-
pillorum
Regis Indicæ.

Et Persidis.

Quæ Cæna
Ticta?

Pantarba
gemma.

Bbbb

teno

tem summa eius magnitudo digiti unguem ad-
 equat: gignitur vero in concavis, terra pro-
 funditate passuam quatur. Tantum vero ipsi spi-
 ritus inest: ut intramescit, & plerumque scin-
 datur terra, ubi ejusmodi lapis gignitur, seu
 concipitur: inquirere autem ipsam, nemini li-
 cet: aufugit enim, nisi summa cum ratione
 trahatur. Soli autem nos partim dicentes, par-
 tim etiam aliqua facientes, invenire Pantar-
 ben possimas: qui lapillus noctu diem velut ig-
 nis ostendit: quoniam igneus est, ac radio-
 sus. Sin vero post diem aspiciatur, innumeris
 quidationibus oculos ferit: id autem, quod in
 ipsa lumen fulget: spiritus est potentia admi-
 rabilis. Quicquid enim prope est, sibi conciliat.
 Quid autem dico prope jacentes lapides ipsum
 congregare? Quid, cum liceat, petras quocum-
 que velis alicubi demergere aut in mari, aut in
 fluvio, & illas non prope adinvicem, sed spar-
 sum, utcumque contigerit: postmodum vero hic
 lapis ad eas demissus, sui spiritus distributione om-
 nes colligit: ita ut coacervati lapides, tanquam ex amen
 apum sibi subjaceant. His dictis lapidem simul, &
 quid efficere posset, ostendit. Hic lapis, ut asserit
 Kircherus de Magnere, 1. p. cap. 4. dicitur
 Magnes auri, & divina quaedam virgula, ad
 latentes auri venas conquirendas, & thesau-
 ros eruendos. Ab alijs appellatur Chryscola.
 Vid. Plin. 33. cap. 5. Natura eadem est,
 quae Magnetis; nisi quod trahere quoque
 aurum, traditur. Hoccine tam verum arbi-
 tror, quam quod magnete albo lethaliter
 homo possit vulnerari sine dolore ex vul-
 neribus, ut alibi dixi ex Gafarell. in Curo-
 sit. inaudit. Bonifac. Rhodigin. Histor. ludicr.
 13. cap. 16. inquit: Alius est Magnes, quem si
 acui stylove affricet, ea cuspide carnem totam vivi
 hominis, vel cuiusvis animantis, absque ullo ejus do-
 lore, aut effusione cruoris, altissima plaga poteris
 perforare.

39 Eadem inveniuntur apud Caussini-
 num, symbol. 49. lib. 11. & Bulenger. 2. de
 Picura, cap. 9. Joann. Tzetzes, Chiliad. 6.
 Histor. 68. accinit:

Tzetz. Pantarben lapis existens, lapides attrahit,
 Simul aurumque quoddam, fosis immittit.

Si verum, sane mirabile: verum mira-
 bilius, quod astruit Heliodorus, lib. 8. &
 10. Histor. Aethiop. nimirum, Pantarben se-
 rens non timeas ignem. Bonifac. d. subdit:
 Quicumque illam apud se habet, incombustibilis
 est: qua fretus Charicia regis virginis imper-
 territus animus non dubitavit se in rogam ar-
 dentem conijcere: e quo ne capillo quidem exu-
 sto, evasit incolumis. Videtis Athen. lib. 3.
 n. 51. sed videtur totum fictum, vel magi-
 cum, cum in sua Aethiopia apud Jobum Lu-

Eius pro-
 prietas.

Habenti
 non ladi-
 gnis.

dolphum, nec verbum quidem de Pantarben
 invenitur: immo lib. 1. cap. 7. n. 13. asserit,
 in Aethiopia nullam gemmam produci, nec
 concipi.

40 De fonte Indico ex Ctesia etiam
 ipse Photius inquit: Dicit etiam de fonte, qui
 quotannis auro humido impletur: ex quo fon-
 te centum urcei fctiles singulis annis hauriuntur:
 idedque fctiles esse oportet, quoniam aurum dum
 hauritur, concrevit, ut ad ipsum extrahen-
 dum, frangere vas necesse sit. Fons hic quadra-
 tus, altitudinis unius ulnae. Singuli autem ur-
 cei, qui auro pleni hauriuntur, talenti pondus
 exaquant. De ferro, quod in fundo hujus fontis
 extat (ex quo duos gladios se habuisse dicit ipse
 Ctesias, unum a Rege, alterum a Regis matre Pa-
 rrysaide donatum) si in terram desigatur: nebulas,
 grandines & turbines avertere: & seipsum nec vi-
 disse, Rege bis periculum faciente, commemorat.
 Quid de ijs sentiendum, dixit Jarchas
 Apollonio, ubi supr. De animalibus, aut
 plantis fontibusve, quos huc veniens ipse vidisti, tibi
 aliquid narrare, supervacuum est: fontes vero
 aureis aquis manantes, ego in his locis esse, nun-
 quam audivi.

41 Inter Aegyptios Alexandriae Arsi-
 noes statua. K. Aegypt. Majol. meminit
 Tom. 1. Colloq. 19. Eodem magnete lapide (in-
 quit Plin. 34. cap. 14.) Democrates architectus
 Alexandriae Arsinoes templum concamerare inchoave-
 rat: ut in eo simulacrum ejus e ferro pendere
 in aere videretur. Interecessit mors & ipsius &
 Ptolemai (Philadelphii) qui id forari sua jus-
 serat fieri. Plura dicemus in statua Serapidis,
 25. April.

DIES XXVI. MARTIJ.

1 **G**Rad. 6. Solis in Ariete, qui pu-
 tealis apud Darios. & Firmic.
 quia qui sub illo natus, Regis amicus & il-
 lustrum dignitatum insignibus exornatus,
 & qui omnia in se gloriae ornamenta circum-
 ferat. Aequinoctium vernum: pluit, interdum
 & tonat. Ptol. Extremitas caudae Lepnis ma-
 ne occidit. Franc. Junctin. K. A. Ovid. v. 872.
 lib. 3. Fastor.

Tempora nocturnis aqua diurna feret.
 Rex armatus, dextra pomum imperiale, sinistra
 sceptrum tenens. Sphax. Arab. Anno O. C.
 326. Cainan filius Enos oritur. Eutyth.
 Annal. Alex. Jam orbi incipiebat lamen-
 tum, quod ejus signatur nomine. Vid. 13.
 Maij, n. 2.

2 Dies hic septimus dicitur a prima
 creatione, Sabbatum Sanctum, quia in ipso
 ces-

Fons ex ad-
 ro potabilis.

Cujus in
 fundo ser-
 rum & eu-
 phrasiam con-
 tinenti?

Arsinoes
 statua, &
 templum
 magnete
 lapide conca-
 meratum?

VII. K.

Ovid.

Cainan ori-
 tur.

Septimus
 dies orbis.

cessavit Deus ab omni opere quod crearat.
 Genes. 2. 1. Reusner. & alij. Ex his patet
 falsum, quod Talmudistae dicunt: ignem ni-
 mirum Sabbato a Deo conditum. Tract. 3.
 distinct. 4. Etiam commentitium, quod
 Eva die septimo fuerit aedificata ex Adami
 costa: igitur in illo cessavit ab omni opere.
 Eva non solum sexto die producta, sed la-
 pla, & e paradiso (quod formata, non extra,
 ut placet Josepho 1. Antiq. cap. 1. & alijs) ex-
 pulla. Nec metaphoricè accipienda creatio
 Evae, secundum similitudinem (ut excogi-
 tavit hic v. 21. Cajetan. & prius Origenes
 Homil. 1. in Genes. dicens: Haud aliud in-
 telligo per Adam & Evam prater corpus & ani-
 mam rationalem) sed corporaliter in indi-
 viduo, non in ipso Adamo, sed ex ipso:
 quin obstat quod antequam Evae describeretur
 productio: Genes. 1. 27. dicitur: Ma-
 sculum & feminam creavit eos: tum quia di-
 cit eos & non eum: tunc quia supposita
 utriusque productione; sicut cap. 1. expri-
 mitur ex limo terrae productio viri, ita cap.
 2. refertur foeminae ex costa Adami. Mascu-
 lum & foeminam creavit eos cum distribu-
 tione accommoda: Masculum scilicet Ada-
 mum, & foeminam Evam: quo proculcatur
 delirium Hebraeorum aliquorum, & Eugu-
 bini in Cosinopoli, asserentium, utrumque
 creatum simul, sed per terga continuatè
 adherentes, quos mox sejanxit. Hui! Plato
 quia Moysen non intellexit, primus in Sym-
 pos. finxit: ut refert Eusebius 12. de Praeparat.
 Evang. cap. 7. Confutat Abulenf. Alapid. &
 Perer. hic.

Quando
 Eva for-
 mata?

Sabbatum
 sanctum.

3 Dies requietionis dicitur perfectis
 caelo & terra cum omnimodo ornatu, ut
 decreverat facere ac perficere. Mirè nugan-
 tur Talmudistae, asserentes Tract. 4. distinct.
 3. Deum ante mundi hujus creationem, ne otio tor-
 pesceret (obstruatur os loquentium iniqua)
 exercebat se in extrahendis varijs mundis, quos ubi
 condiderat, paulo post destruebat, atque iterum in-
 staurabat, quod ad hunc, quem nunc habemus, mun-
 dum facere didicisset. Non est Deus ut homo, ut
 faciat poenitentiam, blasphemii & inepti. Hic
 dies sibi a Deo tanquam sacer destinatus, &
 ita institutus cultui speciali Numinis ob me-
 moriam beneficij creationis tam Adamo,
 quam posteris, expressus in lege, Exod. 20.
 8. sed observatus ab initio mundi; ut patet
 ante legem latam, ibid. 16. 26. Vid. Ri-
 ber. in Epist. ad Hebr. 3. 4. & Perer. in
 loc. cit. Genes. Hinc Hebraei dicti Sabbatharij.
 Juvenal. Satyr. 6. v. 158. & 14. v. 96.
 Sabbatum celebrare cum lucernis in fene-
 stris & ramis ante limina Hebraeos; dixi-
 Tom. 1. Ephemer.

mus Prolog. Galeat. §. 9. n. 1. Omne opus
 servile inhietur in Sabbato. Deuter. 5. 14.
 Non opus spiritale, nec in proximi salutem
 & charitatem. Opus salutis & incolumitatis,
 non est opus hominis, sed Dei: inquit Tertul-
 lian. 4. contra Marcion. Prohibetur etiam suc-
 censio ignis, scilicet, ad cibos parandos.
 Exod. 35. 3. Superstitiosi nonnulli nec ad
 frigus atendum accendere volebant: qui
 verò struebant, eliciebant e silice, quem non
 folle, sed arundine fustabant. Immo si lucer-
 na lumine levis aut languens, minimè fo-
 venda, ni propter infirmitatem. Vide quod de
 quodam superstitioso diximus in Prolog. Ga-
 leat. §. 3. n. 6. Variè Ethnici uti Scripturae
 ignavi somniant de institutione Sabbati apud
 Hebraeos. Vide Plutarch. 4. Sympos. quaest.
 5. Tacit. 5. Histor. à cap. 5. Justin. Histor.
 lib. 36. & Joseph. 2. contra Apion. Eò
 quod Abelis mortis hesternae die facta me-
 moria, n. 6. occurrit fabula Rabbino-
 rum, in quas summus Hebraeorum cona-
 tus. Propter mortem Abelis protopatentes
 in spelunca Hebron latuisse, & separatos
 deguisse 130. annis ex nonnullis videbimus
 vità comite, 26. Decembr. n. 6. tunc Lamech
 (insignis dementia!) apud illum questus, eò
 quod propter mortem Cain se uxores fuge-
 rent; quibus Adamus praecipit cum marito
 vivere. At ille Adamo responderunt: Quod
 ipse prius sua satisfaceret conjugi; à qua jam per
 130. annos propter scelus Caini esset separatus. Re-
 fert delirium & ineptissimum Isaac Vossius
 Dissert. de Aetate Mundi, cap. 4. Vide 5.
 April. n. 2.

4 His diebus filij Israël morabantur ad
 Mara usque in 1. April. & victitabant pa-
 nibus subcinericijs. Leonard. Mar. ibi Moy-
 ses populum ad obedientiam Dei horta-
 tur. Exod. 15. à 25. ibi dicitur: Consti-
 tuit Dominus Israël praecipra. Quae praeci-
 pta? Decalogi (dicit Seder-Ol. cap. 5.)
 cujus septem praecipra fuerant jam imperata fi-
 lijs Noe. His vero praecipris addiderunt. Israheli-
 ta super se tria alia isto tempore: Sabbatum,
 Judicia & poenitentium honorationem. Abeant ad
 corvos. R. Salomon apud Pyran. hic astruit,
 ne per otium filij Israël declinarent ad pejo-
 ra, data praecipra de observatione Sabbati,
 quod continet plures observantias, & praeci-
 pta de Vacca rufa, cujus e cinere fiebat
 Aqua lustralis: de qua Numer. 19. à 2. &
 Nos d. 2. egimus n. 2. Refutat Abulenf. &
 erroneum fabulosumque arbitratur Alapid.
 Aqua lustralis usus frequentissimus pro fori-
 bus templorum, ut observat Tertullianus
 de Baptisim. cap. 3. Erat in foribus Curiae,
 Bbbb 2 ad

Quid ope-
 ris in Sab-
 bato licitum
 & il-
 licitum.

Superstitio-
 nes Judaeo-
 rum in Sab-
 bato.

Vacca rufa.

Aqua lu-
 stralis in-
 ter Ethni-
 cos.